



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

LXXXIII. Quod veraciter a sanctis dicatur: Dimitte nobis debita nostra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

Iob 37.

In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus & iustus,

Dan. 9.

cum in oratione pluraliter diceret: *Peccauimus, iniquitatem fecimus*, & cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur (quemadmodum quidam sentiunt) hoc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo*: noluit dicere peccata nostra, sed *populi sui* dixit, & *sua*: quoniam futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam propheta præuidit.

Ibidem.

LXXXIII.

Cod. Can.
cap. 116.
Et in Mile-
uitano II.
cap. 8.
Matth. 6.

Item placuit, ut quicumque ipsa verba dominicæ orationis ubi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*: ita volunt a sanctis dici, ut humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis dicit sibi dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, se debita non habere?

LXXXIV.

Cod. Can.
cap. 117.

Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in ecclesia plenario Concilio constitutum est, ut quæcumque ecclesiæ in diocesi constitutæ, ante leges de Donatistis latas, catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum episcopos factum est, ut catholicæ vnitati communicarent: post leges autem, quæcumque communicauerint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controuersiæ postea inter episcopos de diocesisibus ortæ